



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma citandi aliquem fugitivum qui debuerat abiurare, quatenus ueniant
intra certum termin[u]m ad faciendam abiurationem prædictam, &
excommunicandi eum nisi faciatur mandatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

An fugiens è carcere habeatur pro conuictio de hæresi obfugam.

eadem, suspicionem de labe præfata adicit ampliore, &c.] Insignis est hic EymERICI locus, & vera doctrina contra Zanchinum tract. de hæresi. c. 10. nu. 4. & Campegius ibidem vers. fregit carcerem. & quosdam alios asserentes, eum qui fuit in carcerem conuictus ad custodiam pro crimine hæresis, si fugiat, pro conuictio habendum, & tanquam hæreticum esse damnandum, quamuis enim hoc in alijs criminibus sit verum, vt multi putant, per l. in eos. ff. de custo. reo. vbi Doctores. l. milites agru. §. eius qui fugã. vbi Bar. ff. de re mili. & l. si quis aliquid. §. miles. ff. de penis. tenet Iason in Laadmonendi. nu. 90. & in repetitione eiusdem legis, num. 272. ff. de iureiur. Marsilius in pract. crim. §. diligenter, num. 46. & attingam. nu. 44. & ceteris, quos refert Joannes Roias in tract. de hæresi. par. 2. assertio. 15. nu. 185. & seq. & Petrus Duenas in regula 392. inci. pien. Fugiens ex carceribus. & Campegius apud Zanchinum loco præcitato.

In crimine tamen hæresis, locum non habet hæc communis sententia, vt vere scripsit Simancas de carbo. instit. tit. 16. nu. 23. & in tractatu adnotationum ad Zanchinum c. 8. quem sequitur Ioannes Roias in d. tract. de hæresi. par. 2. assertio. 15. quib. omnino censet subscribendum: nam effractio carceris, seu fuga nihil habet commune cum hæresi, & potius præsumendum est carceris radio, aut metu fallorum testium, aut ob sententiam tormentorum ausu gisse, quam quod errore intellectus id fecerit.

Ad hæc, nullo iure hæc tam seu Zanchini opinio comprobatur. nec videtur rationi consona sola fugam, aut carceris effractionem, violentam generare hæresis suspicionem, ex qua fugiens, aut fugeret attentas debeat vt hæreticus condemnari. quato igitur rectius scripserit hic Eymericus, ostendunt aperte quæ proxime diximus. fuga itaque præcedenti suspicioni aliquid addit, vt docet hic auctor: id vero quantum sit, & quale, ex delicti & personæ qualitate, et iudicij criminis prudens Inquisitor indicabit.

Et hæc vera esse putamus in eo qui carceri traditus est ad custodiam, qui fugit antequam damnaretur de hæretica prauitate, de quo loquitur auctor hic & alij præcitati, nam de damnato iam et carceri ad penitentiam tradito, quid sit sentiendum si fugiat, an velut relapsus, aut impenitens sit damnandus, agam cum Eymericus infra super q. 97. hi enim casus longe diuersi sunt, nec pari iure censeri debent.

Fugiens carcerem, ob solam fugam qua pena afficiendus.

Sed ne ob fugam impunitus euadat, qui dum custodiretur pro hæresi è carceribus effugit, consuetudine potius quam lege aliqua receptum est, præsertim in Hispania, vt si honestior sit is qui fugit, vt si nobilis, doctor, religiosus, aut alijs honorabilis civis custodiatur arctius, & diuini puniatur. quod si vilis sit, publice verberibus flagelletur, & causa hæresis in suo statu permanens tractatur, non tamen propterea conuictus de hæresi habetur. quamquam & alijs penis arbitrarijs puniri possunt; in quo mitius est cum illis agendum, qui custodis negligentia euaserunt, vt respondit Vlpianus in l. i. ff. de effractionibus, ibi: Quod si per negligentiam custodum euaserit, leuius puniendus.

Circa fugientes non possunt obseruari.

Hæc tamen tunc obseruari possunt, cum comprehendi possunt qui aufugerunt: nam si haberi non possunt

A editis publicis sunt euocandi, & in eos velut in circumaces & impenitentes est procedendum.

Diligenter vero curabunt Inquisitores, cum primum intellexerint reum euasisse, rescribere ad circumuicinos Inquisitores, aut Episcopos, aut alios, quos idoneos iudicauerint, vt animaduertant, an is qui effugit, ad suam ciuitatem fuerit profectus, vt eum curent capiedum, adiectis in Epistola nomine, cognomine, patria, statura, colore & ceteris circumstantijs, ex quibus in notitiam rei fugientis facile possint denentire.

Si autem fugitiuus illes, qui nescitur quò abiit, erat deprehensus in hæresi non solum testibus, sed propria confessione, & dixerat ac concesserat se velle eas abiurare, & ante abiurationem fugit, & præsertim si erat religiosus, & ipsas hæreses prædicasset, potest citari, & verbis magis aggrauari per modum sequentem.

Forma citandi aliquem fugitiuum, qui debuerat abiurare, quatenus veniat infra certum terminum, ad faciendam abiurationem prædictam, & ex communicandi eum, nisi faciat vt mandatur.

Vniuersis & singulis Christi fidelibus in regnis & terris Illustrissimi talis regis, & alias vbi libet constitutis, frater N. in prædictis terris & regnis Inquisitor hæreticæ prauitatis a sancta Sede Apostolica specialiter delegatus: Salutem in auctore & conseruatore fidei Dei, & Virginis filio domino nostro IESU CHRISTO.

MISSVS à sede patris redemptor noster Dominus IESVS CHRISTSVS, ne ad imaginem suam hominem conditum perdi contineret, si vnde redimeretur non haberet, similem nobis sumens habitum, vt pateret oculis in mortis tentibus posttorum, de sua ineffabili pietate remedia diuersa contulit, per quæ humano generi est posset felicitas impartiri: sed ecce declinante iam mundi vespere ad occasum, & hominum malitia crescente, corrupti iam faculi corruptelam non solum sentiunt elementa corrupta, verum etiam creaturarum dignissima creatura ad imaginem & similitudinem condita creatoris. Peccat enim ad extremum homo miserimus, qui in sui creatione in paradisi medio constitutus, vt operaretur & custodiret eundem, & de omni ligno, quod erat in eo, excepto ligno sciencie boni, & mali, vesceretur, manere non potuit in eodem; qui etiam erga fines seculorum degenerat, & varijs & noxijs questionum nexibus se innectit. Ecce namque peccatis exigentibus oua aspidum iam sunt rupta, & telas aranæ texuerunt, quia fallaces & subdoli vulpini & infelices hæretici, fallum & peruersum intellectum, quinimmo buccis crepantibus per mundi latera sonuerunt. Sed re vera qui de venenatis eorum comederit, morietur: quonia eorum per fidei doctrine, ac nefarijs consilijs inberentes, æternis incendijs adscribuntur.

dem noua Achan progenies, quæ de apathema-
te lericho regulam auream pallioluq; furatur,
Abiron quoq; & Dathan, & Chore, detestanda
soboles, nouis thuribus fermentatum thymia-
ma, nouis volunt altaribus adolere: hi sunt nam-
que cauponæ, qui aquam vino commiscetes, vi-
rus draconis in aureo propinat calice Babylonis;
ita quod nisi botrus, vnde vinum nascitur, in flo-
re cadatur, fructum non solû amarum, sed etiam
pestiferû germinabit. Ecce siquidem (quod prædo-
lentes referimus, & referendo dolemus) vestra
charitati irradiatæ splendoribus fidei orthodoxæ
notum facimus per præsentem, quod vir quidam
Ecclesiæ sanctæ Dei cõtumax, & rebellis, frater
N. vocatus, ordinis talis, habitu obfuscatus, de ta-
li villa, & talis diocesis; tã ex testiu legitima produ-
ctione, quàm eiusdem propria confessione ma-
lignitatis spiritu agitatus, conuictus extitit, heresi-
bus multique erroribus irretitus iudicialiter co-
ram nobis, & hoc in errores quosdam, quoniam
pestiferas damnatas hæreses incidendo, se-
mel & bis eas in tali loco publicè prædicando;
immo potius aliquando pertinaci animo defen-
dendo. Hæreses autem & errores isti erant: Pri-
mus quod, &c. ponatur: Secundus quod, &c. po-
natur: Tertius, &c. ponatur: & sic de alijs conse-
quenter. Ea propter per nos præfatum Inquisito-
rem in multis concilijs diuersis locis, & tempori-
bus celebratis, in quibus idem Frater pluries ple-
nissime est auditus, de multorum peritorum tam
secularium quàm regularium, tam doctorum in
viroque, quàm magistrorum, & lectoru in Theo-
logia consilio, & assensu extitit vnanimiter con-
cordatû, nullo penitus discrepante, quod præfatus
Frater N. ordinis memorati habitu obfuscatus,
pro suis hæresibus, & erroribus, quia videbatur
redire ad gremiu sanctæ matris Ecclesiæ penitẽ-
do, non erat pro tunc curiæ seculari tradendus vl-
timo supplicio feriendus; sed potius (sibi paren-
do pro illa vice, & non amplius) in villa tali, vbi
deliquerat, præfatos errores ac hæreses publicè
prædicando, publicè illos ac omnem hæresim ge-
neraliter abiurare: & postmodum spoliatus om-
nibus priuilegijs & sui ordinis, & nudatus in cõ-
uentu tali sui ordinis, pro carcere perpetuo reside-
ret, & ita fuit in eius præsentia condẽnatus. Ipse
autem tanquam canis ad vomitû rediens, nouis-
sima peiora prioribus commiscens, dolores dolo-
ribus adiciens, noua vulnera corpori Christi my-
stico grauius imprimens; quod mentis nostræ
pæcordijs tâquam res cogitata terribilis actusq;
horribilis, Deo nimium abominabilis, & omnib;
Christi fidelibus odibilis, grauem pertulit vim
doloris. Nam ipse frater N. qui videbatur aliàs
penitere, quem sancta mater Ecclesiæ satagebat
eius misericordiæ vberib; enutrire, cû de eius fu-
ga nullus aliquid cogitaret, ipse medicinã resu-
tans salutarẽ, vt egrotus freneticus, & insanus, tim-
ens vino, & oleo eius vulnera confoueri, tanquã
rebellis, & inobediens, matri nostræ Ecclesiæ san-
ctæ Dei, & eius Inquisitori iudici delegato, præ-
missa cõplere cõtẽpsit, & quodlibet præmissorû;
vulpinã fugiens, per diuersas partes regni, & p-

A uiciẽ discurrendo, & hoc quasi per annû in la-
tibus habitando, nunc autem eu, quo malignus
spiritus duxerit, ignoramus. Idcirco cupientes
nos, & nostris totis conatibus in hiantes, qui in of-
ficio Inquisitionis sanctæ præfate, quauis imme-
riti, præsidemus, ipsum Fratrem N. dicti ordinis,
vt ouem perditam oberrantem ad ouile Domi-
nicum reuocare, exemplo illius, qui dimissis no-
nagintanovem in deserto, centesimam venit re-
quirere, ne periret: Citamus, monemus, & re-
quirimus, primo, secundo, & tertio peremptoriè
per præsentem, quatenus infra tot dies a monitio-
re ista nostra proximè computandos, in tali lo-
co, vel vbi fuerimus, compareat personaliter co-
ram nobis, abiurationem prælibatam facturûs,
& alias per nos pro suis demeritis puniendus: Et
hoc ei mandamus in virtute sanctæ obedientiæ,
& sub pœna excommunicationis infra terminû
prætaxatum. Si autem (quod Deus auertat) nobis
in hoc inobediens extiterit, & rebellis præfatis
nostris mandatis, & monitis, immo verius Apo-
stolicis non parendo, sciat excommunicationis
sententiã innodatum; quã sententiã nos F. N.
Inquisitor præfatus nunc vt ex tunc, & tunc vt ex
nunc auctoritate Apostolica, & iniuncti nobis of-
ficij contra Fratrem N. supradictum ferimus in
his scriptis: quã sententiã si sustinuerit animo
pertinaci, contemnendo abiurationẽ facere præ-
libatam, iudicabimus eum tradendum curiæ secu-
lari tanquam hæreticûm pertinacem, prout no-
bis mandant canonica sanctiones. Lata est hæc
sententiã, &c.

Forma alia ad hoc idem.

Vniuersis, & singulis Christi fidelibus, in
terris Serenissimi talis domini Principis
iurisdictioni subiectis, & alijs quibuscuq; Chri-
sti imagine insignitis, & fonte baptismatis renatis
F. N. in præfatis terris Inquisitor hæreticæ pra-
uitatis a sancta Sede Apostolica specialiter dele-
gatus: Salutem, & ad athereos choros victricem
palman fidei reportare.
A D extirpanda zizania venenosa de medio
populi Christiani, vbi dignoscuntur claris vesti-
gijs excreuisse, seminante illa zizaniarum fatore
Satanã, humani generis pestifero inimico, tanto
studiosus inuigilandum existit, quanto pernicio-
sius (si negligantur de medio catholici seminis
eradicari) in tantum superexerescerent, quod
segetem tritici iam albam, ad messem fidei plen-
doribus relucentem, in agro dominico suffoca-
rent. Hi sunt subdoli ac fallaces hæretici, Chri-
stiani populi mortiferi inimici; subuerfores ca-
tholicæ fidei, & contemptores Ecclesiæ sanctæ
Dei. Hi sunt vulpeculæ Samsonis facies qui-
dem habentes diuersas, sed caudas adinuicem
colligatas, qui vineam Domini Sabaoth, Ec-
clesiam videlicet catholicam diffusam per or-
bem hac illac discurrentes, conantur totis vi-
ribus demoliri. Hi sunt, qui circumeuntes ma-
re, & aridam, & occulta conuenticula & facien-
tes, segregant se à communi conuersatione fi-
delium,

137

Judic. c. 15.

† c. Excoica-
mus. r. s. an-
cimus de hæ-
ret.